Romanus populus armata manu no-
lens amplius Papatus dignitatem in
manus transire Francigenarum cla-
mant, papam Italicum petentes, et
ad Sancti Petri Palatium currunt.
Cardinales in papam Cardinalem San-
cti Petri eligunt, qui triduo in sede pa-
pali stans nunquam acceptare vo-
luit, instanteque Romano populo, car-
dinales Urbanum, qui tunc Bartholo-
maeus de Prignano nomine vocabatur,
Archiepiscopusque Barensis erat, Ro-
manae Ecclesiae Cancellariam regens,
sub conditione praedicta, quod cessante
populi furore renunciet, in papam eli-
gunt, et acceptant, et intronizant, si-
bique postmodum velut papae supplicant,
et reverentiam omnimodam exhibent.
- - - - - Hic plura desunt.
Revertamur ad pileum nostrum. Pileus
diu cum Roberto, qui se Clementem VII
nominabat, stetit. Demum Robertus ipsum
Legatum Romam mittit post mortem
Urbani papae, ut pro Ecclesia contra Bo-
nifacium substitutum Urbano aquisitio-